1532.

Sigismundo primo Regi Poloniæ
Joannes Klayski aulicus Regius

181

Post humillam servitiorum meorum in gratiam Serenissimæ maiestatis vestræ Commendationem, Serenissime Princeps Domine Domine Clementissime, scire digetur Serenissima maiestas vestra quod postquam ego peracta legatione et servitiis Serenissimæ maiestatis vestræ redire, et ad maiestatem vestram reddire voluissem ab magnifico Domino Caspar Seredi; in Thokai retentus sum; propterea quod dicat fratrem suum Georgium Scheredi in Regno Serenissimæ Maiestatis vestræ non solum contra Principum Confederationem sed etiam contra omne ius gentium Captum esse eumque, non nisi per intercessionem Serenissimæ Maiestatis vestræ posse liberari; propterea ex quo video me interea non posse, fieri liberum donec frater dicti Domini Casparis liberabitur Serenissimæ maiestati vestræ ob respectum fidelium et perpetuorum Serviciorum meorum humillime supplico dignetur eadem Serenissima maiestas vestra pro libertate

dicti

dicti Domini Georgij Scheredi laborare cre-
do enim quod Serenissima Maiestas
vestra habebit gratiosum respectum
ad me quod sum inservitute maiestatis
vestræ Serenissimæ captus, in reliquo
S. M. V. humillima et perpetua servitia
mea Commendo Datum ex Thokay feria
quinta post festum beati Georgij Martiris
anno Domini 1532.